Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35272
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



ateris sunt et materis domus dei
et in platea porte aquarum et in pla
tea porte effraym fecerunt ergo om
nis ecclesia coetus qui redierunt de cap
tiuitate tabernacula / et habitauerunt
in tabernaculis Non enim fecerant
diebus iosue filii nun / taliter et
filii israel usque ad diem illum / et fuit
letitia magna nimis in israel / legit
autem esdras in libro legis dei per dies
singulos a die primo usque ad diem no
uissimum ¶ fecerunt sollempnita
tem septem diebus in die octauo
collecta iuxta ritum (capitulum 20.)
¶ die autem uicesimo quarto mensis
huius conuenerunt filii israel in ieunio
et saccis et humus super eos / et se
paratum est semen filiorum israel ab omni
filio alienigena / et steterunt et con
fitebant peccata sua et iniquitates
patrum suorum et consurrexerunt
ad standum / et legerunt in volumine
legis domini dei sui quater in die /
quater confitebantur et adorabant
dominum deum suum ¶ ingressi sunt autem
super gradum leuitarum / iosue et
bani cedmiel sechenia bani et sara
bias bani et canani et clamauerunt
voce magna ad dominum deum suum ¶
dixerunt leuite cedmiel et iosue
et bonina sebias sarebias anebia
odaia sebina phatia ¶ surgite
benedicite domino deo uestro ab eterno usque
in eternum et benedicant nomini gloriae tue
exaltetur omni benedictione et laude
¶ tu ipse domine solus tu fecisti celum
celorum et omnem exercitum eorum
terram et omnia que in ea sunt
maria et omnia que in eis sunt
et tu uiuificas omnia hec et exer
citus celi te adorat ¶ tu ipse domine de
que elegisti abraham et eduxisti
eum de igne caldeorum et posuisti
nomen eius abraham et inuenisti
cor eius fidele coram te / et percussisti
cum eo fedus ut dares ei terram
chananei / ethei amorrei et phe
rezei et iebusei et gergesei / ut da
res semini eius et impleuisti
uerba tua quia iustus es / et vi
disti afflictionem patrum nostrorum
in egypto clamorem eorum audisti
super mare rubrum et dedisti signa
et portenta in pharaone et in om
nibus seruis eius et in omni populo
terre illius cognouisti enim quia
superbe egerant contra eos / et fecisti
tibi nomen sicut in hac die / et mare
diuisisti ante eos et transierunt per me
dium maris in sicco / persecutores autem
eorum proiecisti in profundum quasi la
pidem in aquis uehidas et columpna
nubis ductor eorum fuisti per diem
et in columpna ignis per noctem
ut appareret eis via per qua in
dirigebantur ¶ in monte quoque sinai
descendisti et locutus es cum eis
de celo / et dedisti eis iudicia recta
et legem uitatis ceremonias et
precepta bona et sabbatum sanctum
tu ostendisti eis et mandata et
ceremonias et legem precepisti
eis in manu moysi seruo tuo Panem
quoque de celo dedisti eis in fame
eorum et aquam de petra eduxisti
eis sitientibus / et dedisti eis ut
ingredierentur et possiderent terram
super qua leuasti manum tua